



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

7 Iuramenta irritantur à Papa, qui solus à iuramento licito absolvere potest.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

elect. Sextò, pro fide, pro obedientia, & pro unitate, ſicut juraverunt viri Galilæi ad Iep̄te. *Iud. cap. 11. & cap. ſignificasti §. a-junt. verſ. hoc, nimirum. de elect.* Septimò, pro conſuetudine Eccleſiæ ſervanda, pro qua canonici cathedralium juramentum præſtant, & filij Iſrael data lege juraverunt ſe domino ſervituros, *Exod. cap. 24.* Octavò, pro calumnia evitanda, ut, quando præſtatur juramentum de calumnia, quod præſtari poteſt in qualibet parte litis, tam ante, quam poſt litis conteſtationem, *c. 1. de jur. calum. 6.* Nonò, pro infamia tollenda, quæ juramento, & teſtibus purgatur, ut extr. *de Purg. canon. per tot.* unde verſus, Pax, & fama, fides, reverentia, cautio damni, Defectus veri, ſibi poſcunt magna cavere, *gloſſ. in cap. ſignificasti. in verb. pro unitate. de elect. in cap. nullus, de jur. jur. & Graff. deciſ. aur. cap. 15. numer. 5. par. 1. lib. 2. 8*

6 Illicitum ꝑ juramentum pluribus modis dicitur, primò, ex perſona jurantis, ut ſunt impuberes, quorum juramenta non tenent, *cap. pueri, & cap. honeſtum. 2. 2. quaſt. 5. & l. qui juraſſe, ff. de jur. jur.* Secundò, eſt illicitum ex perſona, cui juratur, ut cum clericus in manibus laici jurat, quod non licet, *cap. nullus, 2. 2. quaſt. 5.* Tertio, ex cauſa turpi obligatoria ad hoc impellente, ut quando Herodes filiz ſaltatrici juravit licet tolerabilius fuiſſet, promiſſum non facere, quam facere, quod turpe fuit, *cap. unusquisque. 2. 2. quaſt. 4. & c. innocens, §. unde verſ. eſt enim, 2. 2. ead. quaſt. 4.* Quarto, ex modo eſt illicitum, ut quando temere, vel indiſcretè, aut ſine neceſſitate juratur, ut fecit Iep̄te, qui cum indiſcretè juraviſſet, ſe immolaturum, quod ei victori redeunti de prælio primitus occuſſiſſet, fili-

am unicam, quæ ei primò præ gaudio illius victorioſi adventus occuſſiſſet, occidit, *Iud. dicto. c. 11. in fin. c. ſi non licet, §. ſed hi exceptis, 2. 3. quaſt. 5. dicto cap. unusquisque, & cap. ita ergo, ead. 2. 2. quaſt. 1.* Quintò, eſt illicitum ex tempore, ut ſi dominicis, vel aliis feſtis, & prohibitis diebus juretur, *us c. decrevit, ead. 2. 2. qu. 5.*

7 Irritatur ꝑ juramentum à pluribus, Primò, à Papa, cujus auctoritate penitus illicita juramenta irritantur. *cap. auctoritatem, 1. 5. quaſt. 6.* & ſubditos excommunicatorum excommunicationem continentium, à juramento fidelitatis abſolvit, ut ſubditos magnorum Principum, contra quos ad aliam executionem deveniri non poteſt, per tex. *in cap. nos, ead. quaſt. 6.* & ſolus Papa à juramento quoque licito abſolvere poteſt *c. alius, ead. qu. 6.*

8 Secundò, ꝑ juramenta ſervorum poſſunt à dominis irritari, argum. *cap. ſi ſervus ſciens, 5. 4. diſt.*

9 Tertio, ꝑ juramentum uxoris, quia ſui juris non eſt, à marito irritari poteſt, *cap. manifeſtum, 3. 3. quaſt. 5.* licet propriè jus irritavit horum juramentum, non ipſi irritant domini, aut viri, dum dicimus dominos poſſe irritare juramentum ſuorum ſervorum, & mariti ſuarum mulierum.

10 Quarto, ꝑ juramentum monachi à ſuo Abbate, *cap. monacho, 2. 0. qu. 4.*

11 Quintò irritari poteſt ꝑ juramentum ab Epilcopo, qui, quotieſcunque ex parte recipientis juramentum habet iniquitatem, abſolvere poteſt, *c. ſi vero, & c. verum, de jurejur. & Graff. deciſ. aur. cap. 18. numer. 33. par. 1. lib. 2.* & à ſimplici juramento ante incurſum perjurii in pluribus caſibus Epilcopus abſolvere poteſt, quia juramentum non debet eſſe vincalura iniquitatis,

cap.